Grabia Strusowcy vil lam Rownia Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Ioannes Grabia sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad Actum hunc atti net se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plena rie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per ex pressum recognovit. Quia ipse bona Iuribus suis subiecta totas videlicet et integram Villam Rownia dictam in Terra et Distri ctu Sanocen iacen et consisten cum omni tenore eundem Iure Dominio proprietate titulo obligatorio omnibusque et singulis uti litatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolu mentis obventionibus tum cum Curia et praedio ibidem viris atque agris fundis pratis campis Pascuis pascuarys sylvis borisque gays Nemoribus indaginibus rubetis vepretibus virgultis merricis sta gnis magnis et parvis piscinis fluviis fluminibus Lacubus paludibus rivis rivulis torrentibus aquarum decursibus molendi nis tabernis horreis holodys hortis pomariis apistenis apum Mellificiis sepibus sepimentis structurisque et aedificiis quibusvis Nec non subditis Cmethonibus hortulanis Inquilinis eorumque laboribus censibus dationibus vecturis Munys et Officys obsequiisque quibusvis

attinentysque

attinentiysq et pertinentiys quibus universis nihil ex p[rae]missis Iu-
ris Dominij proprietatis ac cuiusuis competentiae et praeroga-
tivae pro se Recognte suisq successoribus aut quopiam alio
reseruando seu excipiendo verum ita late longe circumferentia
liberq prout eadem Bona ipsemet Recogns tenuit habuit et
possidebat ipsumq concernebant ac eid legitime serviebant Iam
exnunc et de facto Gnosae Helisabethae de Kiedzielskie Gnosi
Michaelis Pauli Sinus Pocillatoris Terrae Vielunens Conti legitimae
et ipsius successoribus in summa Octo Millium florens polons iam per
se Recognoscentem levata et realiter percepta de qua praesentibq
quietanur hinc et ab Actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli post Triennium integrum proxime tunc venturum
incidens et in defectu pro tunc bonorum eorundem exemptionis
summaeq suprascriptae Octo Millium florens polons totalis et integrae
realis persolutionis exnunc de Triennio ad Triennium Festo
ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determi-
nante Triennys et Festis sese continue et immediate sequen-
tibus usq ad exemptionem bonorum eorundem summaeq memoratae
totalis et integrae realem et effectivam persolutionem obligavit
inscripsit et inuadiavit prout obligat inscribit et inuadiat praesentibq
In qua quidem bona p[rae]missaq omnia praesentibus perse Recogno-
scentem obligata et inuadiata iam exnunc et de facto idem supra-
scriptus Recogns Gnosus Ioannes Grabia praefatae Gnosae Sinusowa

obligamici

obligatrici suae et ipsius posteris coram Officio praesenti datet admittit realem Intromissionem et Actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq voluerit Officiose acceptandam per ipsam Generosam Helisabetham de Niedzielsko praedicti Generosi Michaelis Pauli Simus Pocillatoris Terrae Vielunensis Consortem legitimam obligatricem suam ipsiusq posteros haec eadem bona suprascripta praemissaq omnia praesentibus inuadiata cum vniuersis eorundem vtilitatibus et Vsufructibus attinentijsq et pertinentijs generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice vtifruendi ac ad vsus suos suorumq successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi modo ac Iure obligatorio Debetq et tenebitur Memoratus Recognoscens Generosus Ioannes Grabia prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis eidem suprascriptae Generosae obligatrici suae inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis Bonis praemissisq omnibus praesentibus per se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione Iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusuis existentium exorienda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere euincere intercedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere nec Non haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Inscriptionibus

et Inscriptionibus

et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia
modo quovis cuiuscunq personarum factis et faciendis tum
etiam a quibusvis Citationibus super ead Bona supradicta
modo quocunq importatis et importand Lucris deniq et perlu
cris Processibusq Iuris in quocunq puncto et gradu Iuris
dependen et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obti
nend ac super praemissis omnibus praesens obligatis perductis et
perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper
facere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti ad
missam in fundo bonorum eorundem praesens inuadiatorum dum
per Ministerialem competentem et Nobiles duos Officiose requiretur non
denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectu
aliter admittere dataq et admissa eadem possessionem et usumfru
ctum praemissorum omnium praesens inuadiatorum quovis modo tam
per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas per
sonas non impedire nec adimere ipsumq obligatarium suum et
illius posteros in praemissis omnibus praesens obligatis nullo mo
do inquietari ita ut hic ead bona praemissaq omnia praesens inuadia
ta ead obligatarius suas cum suis Posteris quiete et pacifice
praesens Inscriptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere
queat illisq uti frui possit usq ad exemptionem bonorum eo
rund summaeq memoratae totalis et integrae realem et effe
ctivam persolutionem Idq sub vadio summae supradictae simili
aliorum videlicet Octo Millium floren polon per eundem supradictum

Recognoscentem

Recognitem Gnosum Joannem Grabia sive eius posteros supra scriptae Gnosae Helisabethae de Miedzielsko obligatrici suisq ipsius usq succoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus ex nunc Memoratus Recognoscens sive eius posteri ad Instantiam suprascriptae obligatricis suae sive eius successorum ad Officium praesens Castren Capitan Premyslien ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios a vera infirmitate pro Maiori Minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Quietatorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem praeterea altera proximiori Officij praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationis ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris Protectione Tempore bello Conventione ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.